

Da 422





Hofbeamter  
Mars 1847



D. CLAUDII FREES HORNEMAN

OBSERVATIONES

DE

HARMONIA LINGVARUM  
ORIENTALIUM

EBRAICAE, CHALDAICAE, SYRIACAE  
& ARABICAE.

EDITIO ALTERA

HAUD FARUM AUCTA

IN PRÆLECTIONIBUS AB AUCTORE HABENDIS  
AUDITORUM USUI DESTINATA.

HAVNIAE 1826.

TYPIS DIRECTORIS JANI HOSTRUP SCHULTZII,  
S. R. MAJEST. ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI.



D. CLODII LIEBES HORNIEMAN

OBSERVATIONES

DE

HARMONIA TINGAVARUM  
ORIENTALIUM

EBRIACAE CHITADICAE SYRIVACE  
VRAIDICAE



IN LIBRIS HODOMINIS AB AUTORE HABENDIS  
ALPHONSIUS 1801 DESTINATA

ALPHONSIUS 1801 LIBRIS VACUA

IVANAE 1800.

LIBRIS HODOMINIS AB AUTORE HABENDIS  
ALPHONSIUS 1801 DESTINATA



easdem, ut numerum earum sub seqven-  
tibus literis augere, supervacuum esse  
existimaverim.

Lectores autem precari liceat, ut in-  
primis attendant ad illas Ebræorum lite-  
ras, quas duplices habent Arabes, &  
de quibus diximus p. 19. sq. Nisi se-  
dula habeatur harum literarum ratio, ac-  
curata institui nequit dialectorum orien-  
talium comparatio. Ipsius *Castelli* Lex-  
ico orientali heptaglotto non recte uti  
possunt lectores, nisi observaverint, vo-  
ces Arabicas, ad literas Ebraicas Zain  
Schin cet. pertinentes, haud raro sub

Daleth Thau cet. a *Castello* esse positas;  
cujus rei exempla in nostra dialectorum  
clave passim occurrunt.

Linguæ populorum, *proprie* dicen-  
dorum *orientalium*, *Ebræorum*, *Chal-*  
*dæorum*, *Syrorum* atque *Arabum*,<sup>\*)</sup> dia-

---

\*) Quibus, harmoniam linguarum si spectes, addi possunt *Samaritani Æthiopesque*, quorum linguas duo præcipue viri insigni studio excoluerunt: *istam* quidem *CHRISTOPHORUS CELLARIUS*, *hanc* vero *JOBUS LUDOLPHUS*: A primo habemus *Literas Samaritarum ad JOBUM LUDOLPHUM* datas, cum notis *LUDOLPHI* editas a *CHRISTOPH. CELLARIO*, *Cizæ 1688*. — *Horas Samaritanas una cum Grammatica, & Indice Vocabulorum*. ed. 2. *Francof. & Jenæ 1705*. — *Collectanea Historiae Samaritanæ*. Quibus addi possunt *Exercitationes Critico - Historicæ* in utrumque *Samaritanorum Pentateuchum*. *Auctore FRID.*

lecti cognatæ esse videntur, a lingua  
antiquissima\*) orientali, Aramæo-Cana-  
nitica, sive, ut aliis placuit, Semitica,

---

SCHWARTZ. Witteb. 1756. Ab altero habe-  
mus Historiam Æthiopicam. Francof. ad. M. 1681.  
& Commentar. ad eand. ibid. 1691. Lexicon Æthio-  
picum una cum Grammatica Æth. & Confessione  
fidei Claudii Regis Æth. edit. a JO. MICH.  
WANSLEBEN. Lond. 1681. Ultimus libellus  
seorsim editus est a JOH. HENR. MICHAELIS.  
Halæ Magdeb. 1702.

- \*) Quænam fuerit lingua hominum primæva, omniumque antiquissima, determinari haud potest; sed tamen canæ antiquitatis vestigia in orientalibus linguis inveniuntur. (Vid. Rommershausen Entwurf zu einer Einleitung in d. a. L. Sect. II. §. IX. p. 46. sq.) Omnia argumenta, quæ, pro Ebraicæ linguæ divinitate prolata, h. l. refutat Rommershausen, valent tamen ad antiquitatem linguarum orientalium demonstrandam: Atque huc etiam referri meretur congruentia, quæ reperiuntur inter nomina figuræque literarum orientalium: v. c. WAW (uncinus) & nomen & figuram (etiam in Alphabetis vetustiori-

forte dicenda,\*) olim emortua, omnes  
exortæ.\*\*) Hi vero populi solis literis  
*Consonantibus*, quæ a dextra versus si-

bus) uncini habet. (Vid. BÜTTNER. Vergleichungs-Tafeln der Schriftarten verschiedener Völker. Tab. I. II.) Sic etiam ՚, ՚, ՚, ՚, coll. *Alphab. Chin.* a de Guignes edit. (*Memoires de l'Academie des Inscriptions.* Tom. XXIX.) cet. Qvo quidem admissiculo primus Alphabeti orientalis antiquissimi inventor literas dissentium memoriae facillime impri- mire potuit. Ab oriente vero in occidentem translatas fuisse literas, ostendit ipsa comparatio Alphabetorum orientalium cum occidentalibus, (Vid. *Nouveau Traité de Diplomatiique par DEUX RELIGIEUX BENEDICTINS.* a Paris 1750. Tom. I. Tab. VII-IX.) testantur ipsi Graecorum historici. (Vid. *HERODOTI Histor.* l. V. c. 58. p. 399. ed. Wesselingii.)

\*) Vid. ROMMERSHAUSEN. l. c. p. 68. sq. Cum hoc libro conjugandæ sunt Michaelis & Eichhornii introdd. in V. T.

\*\*) Fere ut Germanica, Danica & Svecica cognatae sunt dialecti, ex antiqua lingua Gothicâ, in UL-

nistrām scribebantur, uti solebant. Unde  
factum est, ut mos fere vulgaris fuisse  
videatur populis orientalibus plerisque,  
scripta sua *solis Consonantibus* consig-

---

*PHILÆ versione Biblorum, ab IHRIO Upsaliæ  
edita, adhuc superstite, ortum trahentes.* Harmoniam vero quatuor harum dialectorum orientalium negare, idem foret, ac si quis harmoniam linguae Germanicæ cum Danica Svecicaque negare vellet. Fatendum tamen est, viros, linguarum Syriacæ & Arabicæ peritos, illis ad Biblia sacra Ebraica illustranda non semper caute satis usos fuisse. Causas vero hujus abusus indagare, certasque regulas linguis istis recte utendi tradere, operæ quidem pretium, sed a scopo nostro præsente nimis alienum est: Legantur ea, quæ hac de re habent J. D. Michaelis (Abhandl. v. d. Syr. Spr. Goetting. 1768. it. Beurtheilung der Mittel, welche man anwendet, die ausgestorbene Hebräische Sprache zu verstehen. ibid 1757), & Joh. Frid. Schelling (Abhandl. v. d. Arab. Spr. Stutgard 1771.)



nare; quæ tamen scripta usus atque ex-  
ercitationis quotidianae ope adeo facile  
legere atque intelligere potuerunt linguae  
suæ vernaculæ periti, ac si *Vocalibus* simul  
notata fuissent. Fuerunt vero *Consonan-*  
*tes* quatuor horum populorum, quarum  
figuræ formæque sequioribus subinde tem-  
poribus varias subierunt mutationes, a  
priscis inde temporibus numero XXII. Ha-  
rum vero *figura*, tam *separata*, quam  
*connexa*, *media* & *finalis*, in Codi-  
cibus impressis hodie usitata, *nomen de-*  
*niique*, *appellatio* s. *sonus*, *valor numericus*  
& *ligatura* ex sequente tabula patebunt,

cui annexum est initium Ev. Marci Syr.,  
in appendice continuatum, et initium Cor-  
rani Arab.

C. I.

# DE LITERIS CONSONANTIBUS.

§. I.

Literæ (a) (b) cet. tabulam præcedentem spectant.

(a) *E*st quidem hodiernus literarum Arabicarum *ordo*, quem quoque Lexica exhibent, ab eo, quem nos proposuimus, admodum diversus, talis nimirum: ﻑ, ﻂ, ﻢ, ﻪ, ﻮ, ﻊ, ﻉ, ﻆ, ﻖ, ﻒ, ﻕ, ﻚ, ﻞ, ﻢ, ﻙ, ﻮ, ﻢ. Illum vero hoc antiquiorem esse, partim ex analogia reliquarum dialectorum, partim ac præcipue exinde colligere licet, quod *Arabes* antiqui diebus septimanæ nomina tribuerint, *ex* literis Alphabeti antiqui tali modo composita, i.e. *primæ* *quatuor* *literæ*, *أبج*, *Diem Saturni*, qui *Arabibus* *primus* erat in septimana, indicarent; *tres sequentes*, *هـوـز*, *Diem Dominic.*; porro *tres sequentes*, *حـطـي*, *Diem Lunæ*; *quatuor deinde sequentes*, *كـلـمـا*, *Diem Martis*; tum *quatuor sequentes*, *رـيـمـا*,

*Diem Mercurii; & quatuor denique ultimæ, bus*  
 قمرشة، *Diem Jovis, significarent. Diei Veneris pra-*  
 nullum ex Alphabeto antiquo, quod sex novis Eb-  
 literis adhuc carebat, nomen supererat. Illum nu-  
 igitur, plane ut *Ebræi, Chaldæi, Syrique, Ara.* MS.  
*bes vocarunt* ﴿ءَلْيَه﴾ (ο: *vesperam q. d. vespera* tine-  
 s. *præparatio ad Sabbathum Gr. παρασκευη* in N. T.) Bib.

(b) A X ad XX resumendi sunt numeri ma-  
 simplices I-IX, & cum numero X combinandi bli-  
 ita, ut נ sit. XI, כ XII, ג XIII. cet. Ob-  
 servandum tamen est, Judæis recentioribus, nimia die  
 superstitione ductis, moris esse, numerum XV fac-  
 non ה, sed כ scribere; ne scilicet nomen Ne-  
*Jovæ*, ה, profanare viderentur. Atque hic nu-  
 merandi modus per literas, etiamsi antiquus &  
 forte cum litteris orientalibus a CADMO<sup>1)</sup> e-  
*Phoenicia* in *Græciam* translatus fuisse videatur;  
 unicus tamen non est, quo usi sunt populi orien-  
 tales. Etenim integris quoque vocibus, de qui-

<sup>1)</sup> *Cadmus ο: homo orientalis s. ex oriente veniens;*  
 vid. *Herod. l. c. φοινικες*, inquit, ἔτοι δι ουν  
*Καδμω απικομενοι... εισηγαγον διδασκαλια εις τας*  
*Ἐλληνας και δη και γραμματα....*

ltimæ, bus infra dicemus, numeros suos (in scriptis  
Teneris præcipue Poeticis & contractibus publicis veteres  
novis Ebraï) exprimere solebant. Immo posterior hicce  
Illum numerandi modus in textibus Bibliorum, tam  
Ara- MStorum, quam impressorum, hodie solus ob-  
espera tinet. Nec tamen, nisi assumendo numeros, in  
N. T.) Bibliis olim quoque literis scriptos, quam pluri-  
numeri mæ difficultates, quæ in varietate numerorum Bi-  
binandi blicorum deprehenduntur, facile tollentur: Sic v.  
Ob- c. *Judic.* VIII, 10. *Flavius Josephus*<sup>2)</sup> pro ho-  
nimia dierno numero XV certe legit XVIII. Error  
nomen XV facillime oriri potuit ex permutatione των Ἰωνίων & Ιωνίων.  
ic nu- Nec obstat huic hypothesi, quod Judæi recentio-  
res literis Ἰωνίων ad numerandum nunquam utun-  
tus & tur: A recentioribus enim ad antiquiores conclu-  
e) e dere non licet; Immo vix credibile est, antiquos  
eatur; Judæos tali superstitione jam olim imbutos fuisse;  
orien- Quin ipse quoque locus allatus aliique similes  
e qui- potius contrarium suadent. Sic etiam II. *Sam.*  
XXIII, 18. *Josephus*<sup>3)</sup> aut pro Ιωνίων legit  
eniens;

---

<sup>2)</sup> *Antiquit. Jud. lib. V. c. VI. §. 5. p. 206. ed. Haverc.*

<sup>3)</sup> *L. c. lib. VII. c. XII. §. 4. p. 340. ed. cit.*

aut pro ψΛΣ, ψψ cet. cet. Sunt vero etiam rationes, quæ suadent, antiquos Ebraeos, una cum Syris Arabibusque,<sup>4)</sup> de præter duos commemoratos numerandi modos, tertium adhuc, usum nempe notarum numeri talium fere, qualium usus jamjam inter plerosque Europæ populos viget, agnoscisse. Scilicet: veri videtur simillimum, nostras numerorum notas 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 0. primas fuisse Alphabeti Ægyptiaci antiquissimi decem literas,<sup>5)</sup> quibus, pro more aliorum populorum antiquorum, ad numerandum haud dubie usi sunt. Constat porro, Arabes, qui sub nomine Saracenorum occidentalem Europæ partem inundabant, has numerorum notas Europæis attulisse. Adhuc enim hodie iisdem notis, paululum

<sup>4)</sup> De Chaldæis non nisi ex analogia reliquorum populorum colligere licet.

<sup>5)</sup> Vid. Büttner. vergl. Taf. p. 13. coll. Tab. II. No. II. Ubi nostræ numerorum notæ in literis Ægyptiacis accuratissime expressæ inveniuntur. Cf. Comitis DE CAYLUS Recueil d'Antiquités Egyptiennes, Etrusques, Grecques & Romaines T. I. p. 65. sp. coll. Tab. XXI-XXVI. it. GATTERERI Elementa artis diplomaticæ universalis, T. I. pag. 66. 67.

quidem immutatis, nostris tamen similitudine formarum ad literas *AEgyptiorum* proprius accendentibus, eadem omnino, ac nos, ratione utuntur *Arabes*; <sup>6)</sup> Unde igitur patere existimo, notas numerorum *Arabicas* primis decem *AEgyptiorum* literis ortum debere. Quodsi vero jam porro consideraverimus, antiquos *Ebreos*, per tantum temporis spatium in *AEgypto* vitam degentes, vocabula haud pauca ex *AEgyptiaca* in suam translusse linguam; <sup>7)</sup> idem quoque cum notis nume-

<sup>6)</sup> Figuras notarum *Arabicarum*, literarumque, quæ illis respondent, *AEgyptiacarum*, deficientibus typis, exprimere non possumus. Has quidem videbis apud Büttnerum (l. c.); illarum vero figuras, quas protulit Michaelis (*Gram. Arab.* p. 16.), easdem omnino in MStis Arabicis ipsi vidimus, numerum 4 si exceperis, quem quasi 3 inversum tali modo & scriptum reperimus. Observandum etiam est, pro figura *decima* (.) non raro usurpari quintam (0); quæ tunc fere ita 8 exprimitur. Est tamen, si figuræ notarum numeri in MStis antiquis Danicis atque Germanicis inspicias, nostrarum cum Arabicis similitudo major veriorque.

<sup>7)</sup> V. c. *Jes.* XXIX. 4. אֹוב. *Gen.* VIII. 11. הַיּוּ. *Exod.* II. 3. *cet. coll.* *Gen.* VI. 14. *cet. Exod.* II. 5. *cet.* יְאָרָה. *Gen.* XLI. 2. וְנַחֲנָה.

rorum *AEGyptiacis* fieri potuisse facillime, nemo negabit. Immo id re vera ita factum fuisse, eo majori cum specie probabilitatis colligimus, quo facilius erit, mediante hac hypothesi, difficultates nonnullas textus Bibl. V. T., quæ alias inexplicabiles viderentur, tollere: Sic v. c. I. *Sam.* XI, 8. refertur, in exercitu regis *Sauli* inventa fuisse *trecenta millia Israelitarum*, & *triginta millia Judæorum*. *Josephus* vero<sup>8)</sup> in suo Biblio. Ebraicor. exemplari h. l. certe legit: *septingenta millia Israelitarum*, & *septuaginta millia Judæorum*. Unde igitur ista textus Ebraici varietas? Optima, immo unica forte, textus *Josephi* cum hodierno *Masorethico* conciliandi ratio hæc esse videtur, ut ponamus, *Ebræos antiquos* notis numerorum *AEGyptiorum* una cum propriis suis literis ad numerandum usos fuisse: Sic vero, prouti hodie adhuc numeros scribunt *Arabes*, *numerus Biblorum nostrorum*, 300000, scriptus foret, ٣..... aut ٣00000; 30000 vero ita: ٣.... aut ٣0000; cum e contrario *numerus textus Jo-*

<sup>8)</sup> L. c. lib. VI. c. V. §. 3. p. 235. ed. cit.

mo  
eo  
uo  
tes  
oli-  
XI,  
sse  
lia  
or.  
ta  
Ju-  
rie-  
phi  
aec  
otis  
uis  
ro,  
es,  
tus  
...  
Jo-

sephini, 700000, scriptus fuisset, .... aut 100000; 70000 vero ita: .... aut 10000. Jam vero, & in i (aut v. v.) facillime mutari potuisse, præcipue secundum *Alphab. Büttneri*, quis quæso non videt? Earundem quoque duarum literarum permutationem assumendo, conciliari potest II. *Sam.* XXIV, 12. cum I. *Chron.* XXI, 14. cet. cet. *Syri* denique suas quoque numerorum notas, easdem nempe, quas in *Inscriptionibus Palmyrenis* primus invenit *Swintonus*, habuisse videntur. Illæ vero notis numerorum *Romanorum* simillimæ sunt, modo ordine inverso scribuntur: e. g. VIII. ita fere scribebant *Palmyreni*, IIIV. cet.<sup>9)</sup>)

(c) Similiter iterum, a XX ad XXX & porro, supplendi sunt numeri simplices ita, ut numerus major ad dextram scribatur: v. c. ל' Ebr. & Ch. est DXXIV. — *Literæ finales Ebr. & Chald.*, præter valorem numericum, quem in schemate indicavimus, cujusque ratione habita, sex novis literis *Alphab. Arab.* ex parte quidem

---

<sup>9)</sup> Vid. *Philosophical Transactions Vol. LXVIII. p. II. for the Year 1754. p. 721-728. sq.*

respondent, *duplicem quoque usum criticum in*  
*textu Biblior. Ebraicor. examinando nobis præ-*  
*bent: Partim enim, ut numeri considerati, va-*  
*rietatibus nonnullis lectionum textus Bibliorum inter*  
*se invicem conciliandis, emendandis inserviunt:*  
*Sic v. c. II. Chron. XIII, 17. in hodiernis Bibliis*  
*Masorethicis traditum legimus, in una clade a*  
*Judæis occisa fuisse quingenta millia virorum*  
*electorum Israeliticorum.* Is vero numerus, quam  
enormis? Sed tollitur maxima difficultas statuendo,  
veram lectionem antiquam fuisse כָּל־הַבָּנִים : 20000  
(qui tamen numerus satis certe magnus videtur),  
eamque postea vitio descriptoris cuiusdam corrup-  
tam, atque in, כָּל־הַבָּנִים, immutatam fuisse; quod eo  
facilius fieri potuit, quo certius credidit scriptor,  
ad solas literas attentus, כ, seorsim positum,  
finale esse, adeoque scribendum, ה. cet. cet.  
*Partim* vero etiam id habent utilitatis literæ fina-  
les, ut earum ope voces, quæ omnes in *MS* *Stis*  
*Ebr. antiq.* literis, æquali spatio a se invicem  
distantibus, scriptæ sunt, haud raro distingvere  
liceat. Ubi igitur in Bibliis Masorethicis literam  
finalem in medio vocis scriptam invenimus, ibi



variam in cod. MStis lectionem suspicamur: *Jes.* IX,  
 5. 6. שָׁלֹם לִמְרַכָּה, forte pro, sc. literis לִמְרַכָּה minus recte repetitis; uti & vice versa: v. c. *Nah.* II. 13. הַמָּה, forte pro, המה. Forsitan etiam inservierunt abbreviationi vocum in fine lineæ, ubi spatio scriptor carebat. Qvo quidem respectu literis dilatabilibus oppositæ fuerunt. Nec nunquam factum fuisse videtur, ut primi Bibliorum impressorum editores tali litera finali, vitiose posita, decepti, voces textus Ebraici minus recte divisorint; Quam in rem insigne aliquod exemplum huc proferam: 1 *Sam.* VI. 19. tollitur omnis difficultas pro, קְרֻמְשָׁׂׂם אֶלְעָלָה, legendo, קְרֻמְשִׁׂי אֶלְעָלָה.

(d) Nullam vocem in fine lineæ dividere amant Orientales. Tali igitur divisioni vocum evitandæ inserviunt, apud *Ebræos* quidem & *Chaldaeos* literæ dilatabiles, <sup>10)</sup> quæ tamen in MStis plures, atque etiam, prouti fert spatium lineæ, aut longiores aut breviores sunt, quam in impressis Codd.; apud *Arabes* vero *Syrosque*

<sup>10)</sup> E. g. 1 *Reg.* V. 27. ed. Michaelis, cet.

*lineolæ literas combinantes,*<sup>۱۱)</sup> quas, interdum quoque *ornatus gratia,*<sup>۱۲)</sup> per totam fere lineaem extendere scriptoribus licet. Solent tamen descriptores *Codd. MStorum Ebr.*, ubi nudum remanet spatium lineaæ post vocem, quæ ultimam literam dilatabilem non habet, dilatationis loco in eadem linea ponere literas initiales vocis sequentis, quæ in sequenti linea prima occurrit; his tamen literis initialibus, quas vocis sequentis *customdem* merito vocamus, nullis vocalibus, sed duabus lineolis superimpositis, signatis: e. g. *Gen. I. 1.*

וְהִיא . . . . .

<sup>۱۳)</sup> וְהִיא . . . . .

<sup>۱۱)</sup> E. g. in *N. T. Ebr. X. 33. ed. Gutbir. cet.* & in *Corano Sur. II. 229. ed. Marac. cet.*

<sup>۱۲)</sup> E. g. initio omnium *Sur.* in vocibus: ﷺ

<sup>۱۳)</sup> Qvæ de literis *majusculis* [*aut* ab initio sectionis (*Gen. I. 1. cet.*), *aut* ut media libri litera (*Lev. XI. 42. cet.*) positis], *minusculis* & *suspensis* (quæ tamen interdum signa *lectionum variantium* & sensus alicujus mystici esse videntur, e. g. *Gen. II. 4. Jud. XVIII. 30. Ps. XXX. 14.*), *inversis* denique, *incisis* & *serratis* (quæ, sensu utplurimum *mystico* positæ, *incertæ* atque ex *vitio* forte primi scriptoris

(e) Quæ de vero literarum sono, quoad fieri potuit scribendo in *schemate expresso*, addi possunt, vivam docentis vocem requirunt. Cum vero in *Critica V. T.* nullius non sit momenti scire, quomodo Græci Bibliorum interpretes literarum Ebraicarum sonum exprimerent, brevem h. l. dabo conspectum literarum Græcarum, quibus, in *textu Ebræo suis literis exprimendo*, regulariter quidem usi sunt illi:<sup>14)</sup>)

N. Ut *spiritus lenis Græcorum* appellatur *analogæ vocali*, quæ ei adhæret, e. g. *Gen. I. 1.* βρ̄Ησιθ βαρΑ Ελωειμ Εθ.... v. 3. ονιΩμερ cet.

---

nonnunquam positæ eo potius videntur, quo certius est, *MSta antiqua* in iis exprimendis omnino variare) plura dicere solent Grammatici, inter minutias Masorethicas relata prudens omitto.

<sup>14)</sup> Fontes hujus cognitionis sunt: 1) *Hexaplorum ORIGENIS columnæ secunda*, quæ integrum *textum Ebraicum Græcis literis descriptum* olim exhibebat; quam vero in editione Barthii totam, immo in ipsa editione Montefalconii fere totam, desideramus. 2) *Nomina propria Ebraica*, in *Græcis Bibliis V. & N. T.* occurrentia. 3) *Scripta PHILONIS, JOSEPHI, ORIGENIS, HIÉRONYMI* aliorumque, qui *versionibus Bibliorum Græcis critice* usi sunt.

Ante vero, notandum cum Chireck, sonat *E*,  
plane ut **ה** infra e. g. v. 15. **לְהָאֹר**, **λαEιο**.

**ב.** *B.* e. g. v. 4. *ονταBδηλ.* *cet.* Etiam *MB*,  
plane ut **ט** infr. e. g. ói ó. **פִּיקְבַּדְלָן**, **αΜΒαλεμ.**<sup>15)</sup>

**ג.** *I.* e. g. v. 16. *αΓαδολιμ.* *cet.*

**ד.** *A.* e. g. ib. **αγαΔολ.**

**ה.** *Omnino* ut **נ.** e. g. v. 1. *Ασαμαιμ.* v. 2.  
*θωΟν* ... *θεΩμ.* v. 21. *λαμινεEμ.* *cet.* & s̄epissime  
pro **וַיְחִי**, **ειEι.**

**ו.** *Conversivum futuri semper cum Schureck,  
ΟΥ,* ex. vid. supr. At vero, quando quiescit in  
*Cholem*, *Ω.* e. g. v. 5. *ιΩμ.* *Mobile* denique aut *Υ.*  
e. g. v. 9. *ιναΤον;* aut *B.* e. g. *Math.* I. 1. *δαΒιδ.*  
*cet.*

**ז.** *Z.* e. g. *Gen.* I. 11. *μαΖαρτε.* *cet.*

**ח.** *Semper* ut *litera quiescens, analoga  
vocali,* quæ ei adhæret: (quia nimurum *Græci*  
sonum istum orientalem ore omnino exprimere  
nec voluerunt, nec potuerunt) e. g. v. 2. *ςοςΗ...*  
*μαραEφεθ.* v. 4. *αΩσεχ.* v. 7. *μαδαΑΙθ.* *cet.*

<sup>15)</sup> Ex quo vero loco pro *Ebr.* **ט** positum fuisse *M*,  
colligere non audeo: Editio enim *Complutensis των*  
ó legit, *αμβαλεμ.*

- E,      ט. *T.* purum: e. g. ν. 10. *Tωβ.* cet.  
       י. *Quiescens, analoga vocali.* e. g. ν. 1. βρησΙθ'.  
 IB,     ν. 2. θν*E.* cet. *Mobile vero aut I.* e. g. ν. 17. ονΙθεν;  
 5)     *aut A.I.* e. g. C. XIV. 13. חַיִל, ονΑΙθεν.  
       כ. X. non *K.* e. g. C. I. 6. βαθω*X.* cet.  
       ל. *A.* ex. vid. supr. cet.  
 2.     מ. *M.* ex. vid. supr. cet. *Etiam, MB,* uti  
 me     נ. supr. e. g. C. XIII. 18. מְמֻרָא, μα*MBοη̄.*  
       נ. *N.* ex. vid. supr. cet.  
 ck,     ס. *S.* e. g. C. XIV. 1. ὁι ó; ΕλλαΣαρ.  
 in     י. *Omnino ut Π.* e. g. C. I. 19. ραβι*H.* cet.  
 T.     uno hoc *discrimine excepto, quod Græci Π,* cum  
 uδ.     *Patach gnubbah notatum, exprimant, H;* ex.  
       vid. supr. cet. — י. vero, cum *Pat. gnub.* not. aut  
       A. e. g. C. I. 6. ραμ*A;* aut *E.* e. g. ν. 11. μαζαρ*E.*  
       Est etiam nonnunquam Γ. e. g. C. XIV. 2. ὁι ó pro  
       מה, עֲמָרָה, Γομορρα. cf. not. 23. p. 19.  
 re     ט. *Φ.* ex. supr. *Haud dubie etiam Π. Exemp-*  
       lum *vero nullum inveni.* *Etiam ΜΦ.* e. g. קְמָ.  
       ὁι ó *ΜεΜΦις.*<sup>16)</sup>

16) Quid immo, si *Græc.* λαμπτας, cum *Ebr.* פִירַל,  
       (fax) comparare liceat, observamus etiam, *Græcos*

Υ. Σ. e. g. *Gen.* I. 12. οὐθωΣες ααοεΣ. cet.

Π. Κ. e. g. *Gen.* I. 5. Καρα.

Ϟ. Ρ. ex. vid. supr.

Ϣ. Σ. e. g. *Gen.* I. 12. δεΣα εΣεβ. cet.

Ϙ. Θ. ex. vid. supr.

Qvamvis autem hunc indicem perfectum esse haud existimaverim, hoc tamen asserere audeo, appellationes literarum, a me allatas, atque etiam exemplis probatas, *regulares* certe & *frequentiores* esse; sed ipse opinor, plures aliasque earundem literarum appellationes continuata investigatione inventum iri; Est enim hic labor ejus generis, qui optime sensim perficitur.<sup>17)</sup> Interea tamen nec id diffiteri licet, indicem appellationum harum literarum, quem alia occasione dedit cel. *Tych-*

pro, Ε, scripsisse *ΜΙΙ.* Et ita quidem, respectu habito ad trium istarum literarum sonum similem, tuto statui posse videtur, Græcos pro *Ebr.* Β, Μ, Ε, promiscue posuisse, *MB*, *ΜΙΙ*, *ΜΦ*.

<sup>17)</sup> Cf. interea *JO. GRAFFMANNI Hypomnemata... ad illustr. hypoth. de Codd. Ebr. Gr.... (Halæ Magd. 1774.)*

*senius*,<sup>18)</sup> non satis certum exactumue nobis videri. Ut enim taceam, quod nullis omnino exemplis appellations omnino *irregulares* atque *vagas*<sup>19)</sup> literarum plnrimarum, a se prolatas probaverit *vir celeb.*, earum quoque nonnullas aperte falsas deprehendi E. g. ה ut ס; & l. c. p. 74. *Tychsenius* ita: *Deut.* III. 4. אֶרְגּוֹב ... אַרְגּוֹב Symm. περιμετρον ambitum. Quoniam Græce non aliter, ac αρχοφ scribi poterat, & הרחוב, quod ambitum denotat, eodem modo scribitur, dubitari nequit, quin הרחוב cogitaverit (Symmachus). Qvod si vero jam conferatur index noster supra expositus, fundamento haud satis stabili illam sen-

<sup>18)</sup> *Tentam. de variis Codd. Hebr. generibus cet. pag. 60.* Quo facilius nimirum ad miram istam, *de versionibus Bibliorum Græcis*, non ex Ebrœo sed Græco Codice translatis, hypothesin probandam, viam sibi sterneret. Videtur enim cel. *Tychsenius* indicem suum non ex collatione exemplorum, sed ex proprio ingenio, ope scilicet arbitrariae similitudinis soni literarum, formasse. Sic vero, quam incertus sit iste, quis, quæso, non videat? Plura autem, quæ contra hypothesin *viri celeb.* jure forte moneri possent, nostri non est h. l. exponere.

<sup>19)</sup> Sc. י, ו, & כ, ut K. כ, & פ. ut G. פ. ut D.




tentiam niti, nemo non videat, necesse est: *Græci* enim *regulariter* pro  $\lambda$  ponunt *I*, *X* vero pro  $\Delta$ , vix unquam *X* aut pro  $\lambda$  aut pro  $\Pi$ . Mutuo quidem permutari potuerunt  $\aleph$  &  $\beth$ ; sed  $\lambda$  &  $\Pi$  nullo modo. Atque simili fere fundamento, quod pace viri celeberrimi dixerim, nituntur quamplurima exemplorum illorum, quibus hypothesin suam stabilire conatus est *Tychsenius*. Neque tamen facturum me operæ pretium existimo, si plura exempla protulerim, quæ quilibet lector, opere indicis, qvem supra dedimus, ipse facile inveniet.

Hoc vero loco aliam potius observationem, forte non minori attentione dignam, proferam: Quemadmodum *Græcis*, *Biblia Ebraica* suis literis transscribere, ita quoque *Ebræis*, *Chaldæis*, *Syris*, *Arabibusque*, immo pluribus forte populis antiquis, mos fuit, scripta linguarum alienarum propriis suis literis describere. Id quod inter ipsos orientales populos eo potius factum fuisse videtur, quo facilius tum illis erat, ob affinitatem linguarum, quarum maximum discrimen in literarum figura positum fuit, omnes suas linguas invicem, quodammodo saltem, intelligere: Sic vero



e. g. etiam hodie adhuc *Novum Testamentum Græcum, Syriace translatum, Ebraicis s. Chaldaicis literis descriptum habemus.* Nec ulla fuit *Ebraicis & Chaldaicis* in *Syrorum* literis exprimendis (aut vice versa) difficultas; quia, forma excepta, nulla inter illorum literas differentia intercedebat. Respectu vero *Alphabeti Arabici* aliqua orta est difficultas, & præsertim quidem quo ad sex literas, de quibus supra jam in ipso *schemate literarum & pag. 1.* diximus, sub sequenti lit. (f) et not. 23. plura dicemus. Hoc autem loco dabimus conspectum literarum, quibus uti solent *Arabes, Christiani & Judæi, isti quidem Syriacis, hi vero Ebraicis, ad literas Arabicas* exprimendas:



(2)

Arab.	Ebr.	Syr.	Arab.	Ebr.	Syr.
ا	א	ܐ	ك	כ	ܟ
ب	ב	ܒ	ط	ט	ܛ
ت	ת	ܬ	ظ	ظ	ܽ
ث	ת	ܬ	ع	ع	ܻ
ج	ج	ܓ	غ	غ	ܻ
خ	خ	ܚ	ف	ف	ܻ
د	د	ܕ	ك	ك	ܻ
ذ	ذ	ܻ	ل	ל	ܻ
ز	ز	ܻ	م	מ	ܻ
س	ס	ܻ	ب	ب	ܻ
ش	ש	ܻ	ه	ه	ܻ
ص	ס	ܻ	و	ו	ܻ
ض	ז	ܻ	ي	ي	ܻ

<sup>20)</sup> Non sine vitio hic certe positae sunt literae כ & ג pro מ & י. Atque etiam plures adhuc defectus in hisce Alphabetis *Ebr.* & *Syr.*, pro *Arab.* positis, reperiet is, qui cum clavi nostra dialectorum, infra proferenda, ea contulerit. Unde nec mirum est,

(f) Nec denique nullius erit momenti observare, nonnullas literas duplii forte appellatione ab ipsis olim *Ebræis*, *Chaldæisque* etiam & *Syris*, veluti hodie adhuc ab *Arabibus*, pronunciatas fuisse. Forent hæc literæ sex sequentes: ؽ (Ar. ظ & ظ),<sup>21</sup> ئ (Ar. ئ & ئ), ؕ (Ar. ؕ & ؕ), ؔ (Ar. ؔ & ؔ), ؔ (Ar. ؔ & ؔ) & denique etiam ة (Ar. ة & ة).<sup>22</sup>

Judæos recentiores, qui, licet ipsas literas Arabicas non callerent, ex Arabicâ tamen, antiquiorum scilicet vestigia prementes, linguam Ebraicam illustrare tentaverint, sèpissime, hoc nempe Alphabeto Ebraico seductos, errasse; ita ut v. e. pro ؤ Arab. Ebr. ؤ omnino quæsiverint. Quod tamen minus saltem regulare est; licet quidem Arabes nonnunquam in nominibus exoticis, præsertim vero Geographicis, pro G. linguarum alienarum ؤ satum, non ؤ, ponant, quia scilicet sonus ؤ ؤ ad G. peregrinum proprius accedit, quam sonus ؤ ؤ.

<sup>21)</sup> ؽ & ئ huc non pertinent: literæ enim ؽ & ئ in antiquissimo Arabum Alphabeto jam aderant (vid. supr. p. 1).

<sup>22)</sup> Dubitavi equidem, an literam ة reliquis quinque annumerarem; quia nimisum ة Arab. in clave dialectorum regulariter quidem pro ؔ Ebr. est constitutum. Hanc vero difficultatem tollere mihi visa

Sic vero de his literis nostra fert sententia: *Ara* sup  
bes olim totidem easque eodem ordine, ac *Ebraei*, nec  
literas habuerunt (vid. *supr.* pag. 1). Fuerunt his  
vero in Alphabeto *Arabico* sex in primis literæ, ren  
quæ singulæ sono tam diverso pronuntiabantur, ut bici  
diversus hic sonus vocibus, quibus una earum asse  
inerat, licet reliquas literas radicales communes olim  
haberent, & varium omnino sensum tribueret.<sup>23)</sup> *Ara*  
Diversum hunc harum literarum sonum punctis sic

الله أكملوا دينكم

non colligetur ex Aliptis tamen. similiorum sci-  
entiarum est distinctio observanda inter *primam* literæ ن  
originam, vi cuius ad *Ebr.* ن sit referenda, & va-  
lorum ejus secundum regulam *clavis dialectorum*,  
in qua pro ن *Ebr.* poni debet. Sic & v. c. *Arab.*  
respectu originis sua est ab *Ebr.* ن; & tamen  
in *clavi dialectorum* regulariter ponitur pro *Ebr.*  
ن. Praterea vero, cum pro ipsa litera *Ebr.* ن  
in *clavi dialectorum* & ن & ش posite inveniantur,  
eo potius illam religuis adjungere volui.

—<sup>22)</sup> E. g. ن sustinuit, fulcivit parietem; unde نيم  
sustinens: firmus, perpetuus. Cor. XIII. 37. ed.

Mär. at ن contempsit, vituperavit; unde مذق  
contemptus. Cor. VII. 18. Mar. — حرق Incendit,  
combussit. Cor. XX. 95. Mar. at خرق sulcavit ter-  
ram. Cor. XVII. 37. Mar. طرّ leniter terram hu-  
mectavit ros; unde طر (Ebr. ط) Ros. Cor. XVII.

(\*)



*Ara* superimpositis sensim notarunt lingvæ periti; do-  
*Ebræi*, nec ipsi, satis saepe seduli, Grammatici literas,  
 uerunt his punctis notatas, novas omnino literas declara-  
 literæ, rent, atque his sex novis literis Alphabetum Ara-  
 ur, ut bicum augerent. Jam vero quæritur: utrum certo  
 earum asserere liceat, easdem sex istas literas ab *Ebræis*  
 munes olim, *Chaldæisque & Syris*, veluti postea ab  
 et. 23) *Arabibus*, diverso sono ore prolatas fuisse, &  
 punctis sic voces, quibus inerat aliqua earum, diversum

eræ ش  
 & va-  
 citorum,  
 Arab.  
 tamen  
 o Ebr.  
 Ebr. ه  
 niantur,

نیم  
 37. ed.  
 مدنیم  
 cendit,  
 t ter-  
 m hu-  
 XVII.

265. Mar. at ظ umbram fecit præbuitve. unde ظ  
 (pro *Ebr.* צ Gen. IX. 8.) umbra Cor. IV. 55.  
 Mar. — عرب *Arabica* & exactæ loquelæ fuit lin-  
 gua ejus; unde عرب, plur. أعراب, *Gens Arabum*,  
 spec. quæ urbes incolit: oppos. الرؤس، قبائل. Cor.  
 IX. 22. Mar. at غرب ad occasum tetendit sol; unde  
 nomen *Ebr.* غرب, *Vespera*, & Arab. مغرب (Ebr.  
 מערב) *Occidens*. Cor. II. 109. 136. Mar. — صباخ  
 dicitur, de eo, quod mane quis agit, e. g. proficisci:  
 nom. in Or. Cor. XXXVII. 137. Mar. at صباخ est:  
 spirando sonum emisit equus in cursu, sc. alium ab  
 hinnitu (*Dan.* at pruste) Cor. C. 1. Mar. — Denique  
 ترب in Conj. III. eodem tempore natus, coætaneus  
 fuit, Cor. LVI. 56. Mar. at ترب culpavit, repre-  
 hendit vehementer. Cor. XII. 92. Mar. — Immo  
 innumera fere exempla similia in Lexicis inveniuntur.  
 cf. infr. not. 46.

sensem accepisse? Quæ quidem quæstio, præcipue ob penuriam lingvarum istarum, vix quoad omnes sex literas allatas solvi posse videtur. — sed similis forte est origo quatuor Alphab. Pers. literarum, quae tribus punctis notantur; nimirum: بـجـهـ. — Non patitur hujus libelli scopus, ut materiæ, accuratiōri quidem examine dignæ, diutius inhæreamus; sed pauca tamen hæc monere liceat: inveniri omnino in ipsis Bibliis Ebraicis vestigia, non obscure signata, diversæ pronunciationis unius alteriusve harum literarum, quæ etiam vocibus, quibus inest illa litera, varium omnino sensum tribuit: sic v. c. verbum יְהֹוָה Gen. XLV. 17. unanimi interpretum antiquorum consensu dicitur de operatione jumentorum (aliarumve rerum ad iter instituendum necessariarum) itineris causa; quam quoque significationem tam ipsius loci contextus, quam analogia reliquarum lingvarum orientalium satis confirmant: est enim Chald. יְהֹוָה (Ps. LXVIII. 20. Thren. V. 5.) & Syr. يـهـ (Math. VIII. 17. Luc. XI. 46. Act. XXI. 35.) onus gestavit; unde nomen Syr. يـهـ (Gen. XLII. 27. Deut. I. 12. Act. XXI. 3.) onus, sarcina; sic



reci- vero verbum *Ebr.* referendum erit ad *Arab.* ظعن  
 oad (cum *Da*), cuius significatio est, *migrare*, *iter*  
 — *facere*; cuiusque derivatum ظعون dicitur de *Ca-*  
 ers. *melo onerario*, *in itinere onus gestante*; alio  
 um: vero loco eadem vox Ebraica aliam, & omnino  
 ma- diversam, significationem habet: nimirum Jes. XIV.  
 tius 19. vocem מטען per *confosso*s gladio vertendam  
 eat: esse svadet interpretum omnium *antiquorum* con-  
 gia, sensus æque, ac loci ipsius contextus; hæc vero  
 nius significatio vocis derivanda erit ab *Arab.* طعن  
 ous, (cum *Ta*), cui omnino competit notio, *hasta*  
 sum *confodiendi*; quam quoque eandem vocem pro  
 una- *Ebr.* טע l. c. posuit *Arabs Polyglott.* Varius  
 de igitur sensus vocis טע haud dubie ex diverso  
 ad sono literæ ט derivanda videtur: similia exempla  
 usa; de pluribus literarum commemoratarum afferre,  
 con- non admodum difficile fore, compertum habeo;  
 tien- an vero de omnibus? nescio; vix vero a nonnullis  
 (Ps. ad omnes, immo vix ex sola analogia Grammaticæ  
 ath. Arabicæ recentioris ad antiquiores lingvas Ebraicam,  
 onus Chaldaicam, Syriacam, quin ipsam Arabicam, in  
 27. hac causa tuto concludere licet: satis enim constat,  
 sic

quomodo, in sono literarum mutando, vim suam  
inter omnes gentes exserat tempus.<sup>24)</sup>

§. II.

## *De Divisionibus Literarum.*

*Literas dividere solent Grammatici: I.) respectu Organi, cuius præcipue ope proferuntur, in Gutturales. Palatinas. Labiales. Lingvales.*

بۇ ئەنۋەنۇغا نەزەر ئەتىپ، بۇ ئەنۋەنۇغا نەزەر ئەتىپ،  
 بۇ ئەنۋەنۇغا نەزەر ئەتىپ، بۇ ئەنۋەنۇغا نەزەر ئەتىپ،

- 24) De variis denique scriptionum generibus, quibus olim usi sunt, atque etiam hodie adhuc utuntur Syri Arabesque, vid. BUTTNERI t. c. Tab. I. No. 2. 3. coll. C. B. MICHAELIS Gram. Syr. pag. 3. §. II. (c). J. D. MICHAELIS de Vocalibus Syrorum §. III. ASSEMANI Bibl. Orient. T. III. p. 378. it. BUTTNERI t. c. Tab. I. No. 4. coll. ERPENII Gram. Arab. pag. 5. 6. 7. CHARDIN Voyage... T. III. p. 144. edit. in 4<sup>to</sup>. GATTERERI Elem. Diplom. in fine & Nouveau Traité de Diplomatique. T. I. Tab. IX. ad pag. 675. sq.

25) Arabibus omnes uno nomine lunares dictæ, eo quod nomen lunæ, لون, ab una earum incipit; aut etiam molles.

26) Arabibus solares, eo quod nomen solis, شمس, ab una earum incipit; aut etiam fortes.

Nos vero, rationibus, infra §. V. afferendis, ducti  
 potius & ي Palatinis, Gutturalibus vero li-  
 teris ְ & ִ excludere; atque loco ְ He quiescen-  
 tis Ebraici & Chaldaici He mobile s. mappikea-  
 tum, מ, ponere vellemus. — II.) respectu officii,  
 quod præstant in vocibus formandis, in נ Rad-  
 icales, quæ ipsam radicem s. primitivam vo-  
 cum substantiam constituunt; quales sunt omnes  
 literæ; & ב) Serviles, quæ ultra radicales literas  
 accedunt: quales sunt Ebr. נ, ב, ה, ג, ט (id  
 vero non nisi in conj. Hithpael positum pro ה  
 characteristico hujus conjugationis, transposito  
 cum prima radicali lit. ו. e. g. Gen. XLIV. 16.  
 Jos. IX. 4. 12. immo forte etiam י simili modo  
 post ז, ex analogia nempe trium reliquarum dia-  
 lectorum: In Ebraismo vero Biblico nullum ejus  
 rei exemplum inveni), י, כ, ל, מ, נ, שׁ, תׁ.  
 Syr. ى, ڦ, ڻ, ڻ, ڻ, ڻ, ڻ, ڻ, ڻ, ڻ.  
 Arab. أ, ب, ت, د. (id vero non nisi eodem mo-  
 do, ac ט Ebr., pro י characteristico conj. VIII.  
 post primam radicalem د, ن vel ي: e. g. Cor. III.  
 48. XI. 32. Mar. cet.) ح, ط (id vero omnino  
 ut د post primam radicalem د, ح, ط vel ط:



e. g. *Cor.* XXXV. 31. *Mar.* cet.) ﻑ, ﻂ, ﻂ, ﻦ,  
 ء, ﻁ, ﻲ. Reliquæ omnes literæ semper sunt ra-  
 dicales. Sunt vero Serviles iterum: A) Formati-  
 væ, quæ radici necessario adjiciendæ sunt, ad  
 determinandam significationem, quæ voci, vi for-  
 mæ ejus, tribui debet; quare a Grammaticis *Arab.*  
 dictæ sunt necessariæ; ab *Ebræis* vero termino  
 quodam technico, *Heemanticæ*, eo quod isti ad  
 literas *formativas* has septem, האמנתו, referre  
 solebant; quorum tamen numero *Simonis* 70  
 excludere voluit, licet id immerito (e. g. רבּו,  
 כָּלְנוּ, אַקְוּ, עִרְוֹתָה, it. ו plur. verbor.); qui-  
 bus vero potius in Gram. *Ebr.* *Chald.* & *Syr.* ad-  
 denda est octava litera, שׁ (e. g. שְׁלָחַת, שְׁבָלַת,  
 & conj. *Schafel Chald.* & *Syr.*) Hæ vero literæ  
 serviles necessariæ iterum dividuntur in α) *Præ-*  
*formativas*, quæ ab initio (quo etiam pertinent  
 particulæ præpositæ ɔ: præfixa); β) *Epenteti-*  
*cas*, quæ in medio; & γ) *Adformativas*, quæ  
 a fine (quo etiam referenda sunt pronomina ap-  
 posita ɔ: suffixa) radici adjiciuntur. Sunt porro  
 literæ serviles B) *Abundantes* s. *Euphonicae*,  
 quæ non necessario radici sunt adjiciendæ; atque

hæ iterum similiter sunt α) *Prosteticæ*, ab initio; β) *Epenteticæ*, in medio; & γ) *Paragogicæ*, in fine radici adjectæ; quamvis tamen *Paragoge Arab.* omnino, & forte etiam *Ebr.*, in verbis potius sub literis *adformativis* locum suum habebit, quia nimirum futurum paragogicum significationem futuri consuetam, tam in *Ebr.*, quam in *Arab.* lingva, nonnihil mutare videtur.<sup>27)</sup>

### §. III.

#### *De sono diverso literarum scriptarum.*

Jubent Grammatici *Syriaci* & *Arabici* literas nonnullas, in unione cum aliis consideratas, aliter, quam scribuntur, ore proferre. Sic vero *isti voleant*: 1) ʃ, inter duas vocales constitutum, legi ut ʃ: e. g. ʃʃ, oIar. ʃʃʃ, mIoIo. ʃʃʃ, koIem. ʃʃʃ,

<sup>27)</sup> *Divisionem* denique *literarum Arabicarum ratione societatis* in *compatibilis*, quæ se invicem in una dictione subsequi possunt, & *incompatibilis*, quæ minus, vide apud *Erpenium (Gram. Arab. p. 19)*; primarius ejus usus ad ea scripta pertinet, quæ punctis essentialibus literarum (de quibus etiam plura, ad sola MSta pertinentia, vid. l. c. p. 9) carent.

oIel. וְלָא, schoIel. cet. 2) וּ, cum substrata vocali וּ, ab initio vocis legi ut וְ: e. g. וְיַדְעָה, Ilad. cet. 3) וּ, primam radicalem, ante medium, וְ, legi mollius, ut וְ: e. g. וְתִּשְׁמַחֵד, Ehad. cet. hi vero: 1) literam וּ, a) ante וּ, legi ut וְ. e. g. عنبر, aMbaron; etiam in separatis vocibus: e. g. ביתן, miMbaiten. cet. 2<sup>8)</sup>) β) Ante reliquas omnes literas, gutturalibus exceptis, legi ut NG: e. g. انزـل, aNGzala; قـلـمـنـ، miNGkalbihi. 2<sup>9)</sup>) 2) literam וּ in fine nominum, ad genus foemininum, vel numerum pluralem, designandum, aut etiam augmenti gratia, legi ut וּ; sic vero ejus puncta asserunt ita וּ. e. g. خـالـفـاتـونـ, chalifaTon; nec dubium est, quin plurimae haec Grammaticorum regulae

<sup>28)</sup> Sic Lat. iMbibo; Gr. εΜβαλλω.

<sup>29)</sup> Sic Lat. iNcumbo, quasi iNGcumbo, Gr. ονΓκαλεω. Immo vestigia etiam variae talis pronunciationis literae וּ in lingua Ebræa invenimus; E. g. גַּבְרָה, portus ille insignis maris rubri, a Josepho (*Antiq. Jud. Lib. VIII. c. VI. §. 4.*) scribitur αστωΓγαβαρος. Cet. vid. Michaelis Colleg. Crit. in Ps. p. 115. 407. De Literis vero plura, his similia, infra sub *Dagesch* forti videbimus.

læ, aliquo saltem modo, in ipsa populorum istorum loquendi ratione fundatæ sint; quemadmodum etiam omnino exemplis aliorum recentiorum populorum illustrari, ipsaque facilitate pronunciationis comprobari possunt; eas tamen non omnino necessarias esse, ipsa res docet: sic enim v. canto & cet. in sermone Arabum quotidiano nunquam auditur.<sup>30)</sup>

#### §. IV.

##### *De permutationibus literarum.*

*Duplex* est genus *permutationis* literarum, quorum unum ab altero probe est distingendum: Nimirum, facile inter se permuntantur literæ, I) *similes figura*, II) *similes sono*:

I) Quemlibet docet experientia quotidiana, literas, figuræ similes, tam in MStis, quam in im-  
30) Id quod ex *Itinerariis* (e. g. *NIEBUHRII* nostri) quam plurimis in locis est conspiciendum; atque hæc haud dubie causa est præcipua differentiæ, quam in lingva Arabicæ, prouti ab eruditis in libris scribitur, atque a populo in vita communi ore proferatur, invenisse sibi visus sit *Niebuhrius*.

pressis Codd., facillime *inter se permutari*; quæ qvidem observatio Criticæ studentibus maximi est momenti: sic vero attendendum erit ad *varias formas*, quas *vario tempore* habuerunt literæ Alphabetorum orientalium.<sup>31)</sup> Nobis tamen sufficiat, ex recentioribus *Alphabetis* literas, ob *similitudinem figurarum permutatu facillimas*, h. l. proferre.

*Ebr.&Chald.*

*Syr.*

*Arab.*

בְּנֵי מִצְעָפָסֶת כְּנֵרָהוֹזֶת حַמְּדָעָה

יְנֵרָחַטְעַקְשָׁת כְּנֵרָחַזְמָם חַטְעַקְשָׁת

נֵרָחַזְמָם חַטְעַקְשָׁת (32) חַטְעַקְשָׁת (33) חַטְעַקְשָׁת (34)

<sup>31)</sup> Vid. infr. in appendice.

<sup>32)</sup> Vid. CAPELLI *Crit. sac.* p. 79. sq. T. I. ed. *Vogel*; aliarum quoque literarum Ebraicarum permutationes exemplis commonstravit idem *Capellus* l. c. p. 85. sq. immo plures omnino sunt literæ, in MStis diversis variæ, varia ob causas figura similes.

Vid. Michaelis or. u. erexit. Bibl. 1ster Theil S. 246. sq.

<sup>33)</sup> Atqve haec literæ in Bibliis Polyglottis sæpe viciose permuntantur.

<sup>34)</sup> Oritur permutatio harum literarum ut plurimum ex viciose positione, s. omissione punctorum diacriticorum, quæ in MStis sæpiissime plane omittuntur.

II) Distinctionis literarum, ratione organi,  
 sive, quod idem est, similitudinis soni supra al-  
 latæ, respectu habitu, sequentem regulam dare  
 solent Grammatici: *literas ejusdem organi facile*  
*inter se permutari*; quæ vero regula si valebit,  
 quatuor literæ, נִנְחָן, quatenus in pronunciatione  
 vocum *quiescere* amant, a reliquis separatae, in  
 singulari classe ponantur, necesse est: vix enim נּ,  
 aut, מּ, ut literæ quiescibiles consideratae, cum  
 reliquis *gutturalibus*, וּ & פּ, quarum sonus ori-  
 entalium proprius est, aut נּ, ut *quiescibilis*,  
 cum reliquis palatinis, קְכָה, facile permutabuntur;  
 licet quidem iisdem, ut *mobilibus* consideratis,  
 cum reliquis, ad eandem classem relatis, nonnulla  
 intercedat similitudo soni:

His igitur sita observatis, regulam de per-  
 mutationibus literarum etalem dare liceat: *literas*  
*eiusdem organi*, sive, si quod idem est, *similes*  
*sono*, facile *inter se permutantur*: id vero est,  
*gutturales cum gutturalibus*,<sup>35)</sup> *palatinæ cum*

<sup>35)</sup> Quibus tamen non annumerandæ sunt נּ & מּ, ut  
 literæ quiescibiles consideratae.

*palatinis,<sup>36)</sup> labiales cum labialibus,<sup>37)</sup> lingualibus, quiescibiles denique cum quiescibilibus;* inservit autem hæc regula permutationibus literarum explicandis, non in una solum linguarum orientalium, seorsim considerata, verum etiam in omnibus quatuor linguis, *Ebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ*, cum se invicem comparatis.

Quænam vero literæ inter se invicem sæpissime permutari soleant, ex ipsa demum inductione singulorum exemplorum fore determinandum.

Ista vero hoc loco colligere, scopo nostro haud convenient; potius vero brèvem hoc loco exhibebimus clavem dialectorum orientalium, *Ebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ & Arabicæ*, cuius ope in singulis dialectis literas, quæ pro singulari literis reliquarum dialectorum regulariter sint querendæ, simulque exceptiones à regulis otot,

<sup>36)</sup> Ad quas vero non referenda est litera quiescibilis,

<sup>37)</sup> Inter quas 1, non nisi ut litera mobilis considerata, locum habebit.

lin. qvot in nostros ceciderint oculos, facile invenient lec-  
 cum tores; In causis vero harum exceptionum explicandis,  
 ermu- & in ipsis regulis, de literis præsertim quiescilibus,  
 a so- confirmandis, nonnulli plerumque usui erit regula ista  
 erata, generalis, supra allata, de permutatione mutua li-  
 librai- terarum, sono similium; sic vero:

1. נ. Ebr. regulariter quidem Chaldæis est נ,  
 Syris ܵ, Arabibus ܵ: Exempla sunt:

Prima rad. נ: Ebr. אָבֶן, pater: Ch. אָבִן, Syr.  
 אָבִן, Ar. أَبْنَى. — Ebr. אָבִיב, spica, arista virens:  
 Ch. אָבִיב, Syr. ܵܵܵ, pro אָבִיב Ar. أَبْيَبٌ.<sup>38)</sup> — Ebr.  
